

Attica CLXXX. erant numero. Singulae habebant octonos de- nos, qui ex foris pugnarent. Eorum erant quatuor sagittarii, reliqui gravis armatura. Pugna commissa in angustiis, cum in ferum extraxissent pugnam. Graeci fuderunt, fugaveruntque Perfas, atque insignem illam & nobilem victoriam, ut Simonides ait, qua neque apud Graecos, neque apud Barbaros clarior decus ullum exitit navale, retulerunt virtute, & strenuitate communi omnium militum, consilio vero, & prudentia Themistoclis. Plut. in Themistocle.

Thebani victoriam, duce Epaminonda, omnium praclarissimam adepti sunt ad Leuctra de Lacedaemoniis, quas de Graecis Graeci unquam reportaverint. Cecidere ex Thebanis, & Beotis 45. Lacedaemoniorum plures quam mille. Pausanias in Beoticiis.

ALEXANDER Magnus, XL. millibus, jam inde a Patre Philippo disciplinae militari assuefactis, totum Orientem domuit, coque ipso ab Annibale omnibus aliis praefatus est Imperatoribus. Sab. lib. 6. cap. 7.

Ultimo illo praefato Alexandri contra Dariam in Aturia campis trans Lycum, juxta Gaugamelam vicum, commisso, B quo Darius victus imperium amisit, perierunt Persarum quadraginta millia, quorum numerus iniri potuit. Macedonum paulo minus trecenti desiderati. Vicique eo die Alexander magis virtute, quam fortuna: magis consilio, quam loco: ob idque victoria ipsa multo speciosissima est visa. Sabell. lib. 5. Ennead. 4.

ANDOPHRADATES Artaxerxis dux, sub signis habebat Barbarorum equitum viginti, peditum centum millia: quos illi Gardates appellavit, ejusdemque generis tria funditorum. Praeterea Cappadocum octo, Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem, Lydorum quinque, Aspendiorum & Pisidarum circiter tria, Cilicum duo, Captianorum totidem: ex Graecia conductorum tria millia, levis armatura maximum numerum. Has adversus copias spes omnis consistebat Datani (qui ad regem defecerat cum infidias sibi ab aulicis strui intellexisset, & Paphlagoniam, cum Cilicia occupaverat) in se, locique natura: namque hujus partem non habebat viginti militum. Quibus fretus conflixit, adversariorumque multa millia concidit, cum de ipsius exercitu non amplius hominum mille cecidissent. Quam ob causam postero die Trophaeum posuit, quo loco pridie pugnatum. Probus in Datani.

Badria sub imperio Macedonum, qui Perfas delevere, usque ad Secundum Seleucum Antiochi nepotem fuit. Tunc vero Theodotus praefectus titulum mutavit in regnum, & se regem vocavit, reliquique successorem sui nominis, qui cum Arsace Parthorum rege contra Seleucum se conjunxit, regnumque tutatus est: quod sub Eucratide ad magnam gloriam pervenit. Is enim cum obsidionem Demetrii regis Indorum patreteret, audacia inaudita cum trecentis militibus, sexaginta hostium millia assiduis eruptionibus vicit, & quinto mense liberatus, magnam Indiae partem in potestatem suam redegit. Unde cum se reciperet, a filio, quem regni socium fecerat, in itinere interfectus est: qui velut hostem, non patrem interfecisset, per sanguinem ejus currum egit, & corpus abiici sepulchrum iussit. Aeneid. Sylvest. cap. 16. Asia.

FREQUENTIAE.

D Consule Tit. Fortium ducum, quatenus multis nobilitantur victoriis.

Joseph Israelitarum dux, reges Chananzorum, Amorrhoeorum, Hethaeorum, Pherezeorum, Jebusaeorum, & Hevaeorum cum omni illorum exercitu, arena litorea numerosiore, concidit, ad aquas Meromias imparatos, usque ad internecionem: equos confodit, eurus igni cremavit, & Hafor urbem, captam omnium illarum regionum, igni cremavit. In unum versum autem 13. reges interfecit, & superavit. Joseph capite 11.

Fortuna adeo in bello indulsisse credita est Agesilao Lacedaemonio, ut Critias Atheniensium tyrannus inter pauca, qua sibi optare sit solitus, Agesilaei victorias, omnium impensissimè optaverit. Sabellius libro 7. capite 7. ex Plutarcho in Agesilao.

TIMOTHEUS dux Atheniensium prospera fortuna per omnia credebatur uti: dicebaturque, Fortunam rerum bene gesturam causam esse, Timotheum vero nullius. Proinde pictores cum in castris dormientem taxantes, fingebant, atque Fortu-

nam supra caput pendentem, civitates quasi in rete quoddam conducere. Interrogante Themistocle, quam re per universam vitam maxime fuisset delectatus? Cum, inquit, ingredierentem Olympicum stadium, totum theatrum intentis oculis me contueretur. Aelian. de Var. hist. lib. 13.

ALEXANDRI Magni felicitas, omnium maxima in re bellica, qui penè puer in domanda Graecia adeo Philippum patrem juvit, ut Macedonum primus in Sacram Thebanorum cohortem impetum fecerit, illorum opibus fractis, omnem Graeciam ad imperium retraxit: Asiam transgressus, triplici praelio, Persarum regnum, quod tamen maximum fuit, evertit: ac penè plura perpetuo victoriae cursu subegit regna, quam ceteri duces urbes: & quod omnium prosperissimum fuit, trium prope annorum spatio ab Europa limite ad Gangem Macedoniae promovit arma. Sabell. lib. 7. cap. 7.

SELEUCUS Syriae rex, à victoriis successu Nicanor, id est, victoriosus, cognominatus est. Ab eodem pariter, Nicophorum & Nicolipos civitates condidit: à victoria deducto vocabulo. Guido. Bitor.

SICINIUS DENTATUS Tribunus plebis, ob fortitudinem Achilles Romanus appellatus est, cujus bellorum successus felicissimi semper fuerunt. Pugnae quidem fertur centum, & viginti praeliis, quibus cicatricem posteriorum nullam, anteriores autem quinque, & quadraginta tulit: fuitque donatus aureis coronis octo, obfidiis una, muralibus tribus, civicus quatuordecim, quod cives quatuordecim ex medio morte raptos servaverit: torquibus tribus, & octoginta, armillis plus centum sexaginta, hastis duodeviginti, phaleris quinque & viginti: triumphavitque cum imperatoribus suis triumphos novem. Gellius. Varro. Plinius de Viri illustribus.

P. SCIPIO Africanus major, cum per aetatem ad magnum stratum capere non posset, extraordinarium imperium adeptus, quatuor Carthageninorum duces, & totidem exercitus Hispania expulit: omne Ibericum nomen, quod Punice cesserat imperio, ad Romani nominis obsequium retraxit: mox Africam adeptus, nocte una, bina castra binofque delevit exercitus Syphacem regem, Romani nominis hostem cepit: Carthagini castra admovit, Annibalem ex Italia revocatum, & ad Zamam ingenti praelio victum, ad eam desperationem compulsi, ut qui fax belli, ducesque ab initio fuerat, petenda pacis suis civibus impulsor verius quam auctor factus sit. Sab. lib. 7. G. cap. 7.

CN. Pompejus de omnibus terris triumphavit, Africam, Asia, & Europa: ante Imperator quam miles, prius triumphalis quam senator, aut consularis: nullus Romanorum ducum tot de gentibus uno die triumphum egit: nullus Romae, dum victor tot percurrit terras: mille castris ad huc cepit, urbes octingentas, parem navium numerum. Sed praclarum hunc fortunae cursum, civilis belli infamia sedavit, quod extremo vitae tempore gessit: aut quia voluntarium fuit, aut certe quia non necessarium. Sab. lib. 7. cap. 7. Octavius Caesaris filius, qui primus Augusti nomine salutaris est, inter alia sua vota, Pompeii felicitatem, & in omni re fortunam exoptavit. Plut. de Rom. fort.

L. CORN. SYLLA, Felix ob successus appellatus est. Mulier enim quondam obviam ei puero, Salve dixit, puer, & tibi, & Reip. felix: quae postea nusquam amplius comparuit. Vol. lib. 16. Anth.

Summa felicitas in bello contigisset C. Jov. Caesari distatori, nisi civilis belli nefas, decus alibi partum ad extremum deturpasset. Nullus imperatorum sapientis collatis signis dimicavit, nullus prosperius, ad centum millibus perduellionum bis una die caesis: nullus ferociores vicit gentes. Europam caede domuit, Africam consilio, Asiam celeritate. Sab. lib. 7. cap. 7. Per tot successus, subfingens Gallis, Germanis, & Britannis, ter, nec amplius, adversum eorum expertus: in Britannia, classe vi tempestatis prope absumpta, & in Gallia, ad Gergoviam legione fusa: & in Germanorum finibus, Titurico, & Arunculejo legatis per infidias caesis. Omnibus civilibus bellis nullam cladem, nisi per legatos suos passus est: quorum C. Curio in Africa perit: C. Antonius in Illyrico in adversariorum devenit potestatem: P. Dolabella classem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Calvinus in Ponto exercitum amiserunt. Ipse prosperissime semper, ac ne accipit quidem unquam fortuna, praeterquam bis, dimicavit: semel ad Dyrrachium ubi pulsus, non instante Pompejo: negavit cum vincere scire, iterum in Hispania ultimo praelio cum desperatis rebus etiam de conficienda nave cogitavit. Suet.

Conflan-

CONSTANTINUS Imp. bellis civilibus admodum fortunatus fuit, in Persicis semper infelix, exteris lacrymabilis, Sarmaticis varius. Culpin.

CAROLUS Magnus Imp. in tres partes regni sui, tres exercitus misit: unum trans Albim, qui Saxones debellavit, alterum in Pannoniam, qui reliquias Hunnorum, & Selavos comprefcit: tertium contra Britones, qui eorum perfidiam contudit. Siegb. in Circon.

AMORATES III. Turcarum rex, magna bella in Europa, Asiaque numero triginta septem confecit, tali usus & virtute, fortunataque, ut in nullo victus succubuerit. Cbalcocon. lib. 1. de reb. Turc.

ODOARDUS PACHECUS Lusitanus, circa annum Domini M. CCCXCIV. in orientali India (ut lex Christi inter barbaras gentes promulgaretur) saepe cum duabus navibus, ad summum cum quatuor, pugnavit cum infinita multitudine gentium, & Mahumetanorum, aliquando etiam octoginta naves habentium: & quod majus est, adversus infinitas machinas igneas, semper victor: & quod maximum, nullo suorum unquam intercepto. A sphaerulis milites ipsi solum prosternebantur in terram, signo in corpore relicto, cum tamen eadem tabulas navis perforaret. Mirum & illud in tanta copia ictum, nullum in capite ictum, cum omnes ictus in tam angustum spaciun, dirigerentur. Atque eò magis, quod solum nonaginta quatuor homines, plerumque tantum septuaginta quatuor, adversus triginta millia, ac plures pugnant. Inter reliquos Inimicum Piceatorem Cantabrum cum pila in terram prostravisset exusta barba, solum ruboris signum in facie reliquit, eademque navis parietem perforavit. Vide Oforium de rebus Eman.

TEMPORIS. VICTORIA

Velox.

Vide locum Stratagematum, Celeritate summa hostem opprimere.

L. PAULUS AEMILIUS ad Pydnam cum Perseo Macedonum rege pugnavit, campus, & colles cadaveribus opplati: Leuci fluvii, quem transierunt, quodvis quam pugnatum esset, Romani, undè sanguine etiamnum infecti fuerunt. Super viginti quique millia hostium dicuntur cecidisse. Ex Romanis desiderati, ut tradit Posidonius, centum: ut Nafica, octoginta. Haec usque adeo cruenta pugna brevissimè decrevit: nona hora, cum affectatè praelium, ante decimam profugaverunt hostem. Quod superaret diei, in confectandis hostium consumpto, cum ad quidecim millia passuum infecuti eos essent, jam non receperunt sc. Macedones, qui semper regum suorum habiti fuerant amentes, tunc sicut cum fulcimine rupto, omnibus una corruentes, permittentes sese Paulo, duobus diebus, totius Macedoniae compotem eum fecere. Plut. in Aemil.

C. JULIUS CAESAR, Alexandriae regia Aegypti in Syriam, & inde in Pontum transit, urgentibus de Pharmace nunciis quem Mithridatis Magni filium, ac tunc occasione tempore bellantem, jamque multiplice successu praefectorem, intra quintum (quam adfuerat) diem, quatuor, quibus in conspectum venit, horis, una profugavit acie: crebro commemorans Pompeii felicitatem, cui praecipua militiae laus de tam imbelli genere hostium contigisset. Proinde & ad Scenatum scripsit, & tabella Veni, Vidi, Vici, triumphali inscripsit. Suet.

In pugna ad Gerionem inter Gallos, & Hispanos commissa, D caesa sunt Gallorum ad quatuor millia, tanta celeritate, felicitateque, ut cum semihora momento re cepta confecta que sit, nec centum quidem ex victoribus perierint. Jov. in Consulo Magno.

CAROLUS IX. Gallorum rex, anno 1495. fugiente Ferdinando rege, à Neapolitanis summa cum celebritate exceptus, & in arce Capuanam, quae Gaulae regum sedes olim fuerat, (nam ars nova ad hostibus Aragonis tenebatur) deductus est cum admirabili inaudita felicitate cursu, vel supra Julii Caesaris exemplum, prius vicisset, quam confectus existeret: tunc deinde facilitate, ut ne tentoria quidem in ea expeditione explicare, haustam unam frangere necesse fuerit: multi praeterea apparatus minime necessari: cum & ipsa classis tam immani sumptu comparata, atque instructa, maris tempestate qualata, atque in Dyrrachium insulam delata, non prius ad Neapolitanum litus accederet, quam rex in urbem reciperetur. Ita insectis diffidius, quibus celebrissima Italorum principum sapientia obcurata erat, praeterea, ac praepotens Italiae

pars, summa cum ignominia Italicae militiae, irrisoneque, & gravissimo omnium cum periculo, atque infamia, ab Italorum imperio, ad transalpinarum gentium dominatum translata fuit. Guicciardimus lib. 1.

De Carolo V. Imp. Vide infra.

ADJUNCTI.

PHILIPPUS Macedonum rex, cum eodem die nuncium accepisset, quadraginta suas in Olympicis ludis vicisse: item Pannionem ducem suum hostes praelio fudisse: ac praeterea natum sibi filium esse Alexandrum: veritus, ne fortuna, cum tot bona eodem tempore cumulasset, mutata, gravius malis hanc felicitatem repenferet, dixisse fertur: O fortuna celeriter potius aliquid parvae molititiae, ad pensanda haec tanta bona, quam differendo, majora mala afferet. Plut.

LOCUS.

NEOPTOLEMUS Mithridatis dux, circa Maotim aestate navali pugna: hyeme vero, equestri, glacie concreto mari, isdem in locis victoriam tulit. Alex. lib. 1. cap. 22.

NUMENIUS, ab Antiocho Epiphane rege, Messena propositus in mari rubro, Macas vicit eodem die classe, aestuque reverso, iterum equitatu contra Perfas dimicans gemina trophaea eodem in loco Jovi, ac Neptuno statuit. Plin. lib. 6. c. 28. F

VICTORIA ROBORIS.

Vide Tit. Olympionicarum.

DIAGORAS Rhodius Olympionices, filios suos Acusilam, & Demagatum in Olympium deduxit. Quem victores jam declarati juvenes per confertissimam turbam humeris exportarunt, concipientibus in eum flores Graecis, & cum plausu beatum praedicantibus liberorum causa. Pausan. 1.6.

VICTORIA FORMAE.

Vide Tit. Certamina Formae.

Apud Elidem formae pulchritudinisque certamen fuit. Victor ad templum vittatus (hinc Diadumeni nomen accipit) deducitur, myrtosque coronatus, arma, victoriae praemia, Minerva consecrat. Alter bovem ducit. Tertius libamina imponit. Athen. 1. 13. cap. 7.

CALAMITATE.

Ex loco infelicitatis huc referenda exempla, cujus alii auctores sunt, alii usurpatores sive casus, sive consilio.

Apud Euripidem in Oreste, Apollo Helenam in Deo translata Menelao indicat:

E. πειθε. ἦ δὲ ἢ καλὴν εὐχάμη
Ε. ἄλλως ἐὼν ἐν τῷ σπύριον αὐτοῦ γαρον,
Θαυρὸς ἴθις ὅς ἀπαρταίει χροῖος.
Τ. Βεσσηὶ δὴν ἔσθ, ἀφδὸν παραμυρῶτος.

Nam dii hujus venustate Graecos in unum, atque Phrygas commiserunt, caedemque ediderunt, ut levarent à terra pondus mortalium, abundantia copia.

INIMICITIA.

Consule Locum inimicitiae, quatenus ex privata diffensione, publica oritur certamina.

Ex seditione C. Gracchi ortus est tribunatus Livii Drusi, quem patres equitibus, qui ex lege Gracchi judicabant, opposuerunt. Ex hoc bellum sociale, quod promissa à Livio Druso civitas non praestaretur: ex hoc Mithridaticum, cum Mithridates rex Ponti confusus discordia Italiae, multa civium millia, quae in suo regno negotiabantur, iussit interfici. Ex hoc bella civilia Mariana, cum Marius provinciam, & bellum Mithridaticum L. Sylla vellet eripere. Ex hujus seminibus Sertorianum, Lepidanum, conjurato Catilinae, postremo Pompejanum. Hinc Caesaris regnum: quo oculo bella civilia, Antonianum, Philippense Bruti, & Cassii: Siculum Sexti Pompeii, Actiacum. Tandem respublica in Monarchiam, & Tyrannidem versa est. L. Vives in Augusti. 1. 1. de Civit. Dei, cap. 30.

VICTORIA A DEO. CUI PRO EA

Gratiae Agenda.

Victoriam à Deo, in cuius manu sunt omnium potestates, & jura regnorum: ejusque nutu pendere. Qui dat Regibus salutem, & cui non est difficile servare, & salvere in multis, perinde ac in paucis, uti Jonathas dicebat ad Armigerum suum: & scripturarum, & historiarum monumentis, ac Ethnicorum etiam testimoniis evincitur. Vindicat enim aliquando se Deus per humana media de inimicis nominis sui, & nonnunquam ut habet Lucanus, de quo etiam supra.

Casus jubet melior superos superare secundos. Patriarcha Abraham cum 318. vernaculis, quos instruxerat, irruit

irruit super exercitum, quem quinque reges ducebant, eosque A fudit, & receptis e manibus illorum eis, quos adduxerant, magnaque praeda potitus. *Gen. 14.* cuius supra meminimus.

Etiā Gedeon cum trecentis viris ingentes Madianitarum copias eleganti stratagemate prostravit. Idem fœcis memoria Jonathas, qui cum armigero suo Philistæos mille cecidit.

Inermis David adolescens adhuc immanem illum Philistæum armis gravem superavit, capute proprio illi gladio præcidit. Quasi ad litteram impletum fuerit illud eisdem David 7/13. Non salvatur Rex per multam virtutem: & gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur.

Plura exempla habes paulo antè, *Tii. Victoria parva divino insidiis, horat. 1.*

Certe non ad alio quam à Deo victoriam expectandam esse, significavit Trajanus Dux sub Valente Imper. de quo paulo post.

De Carolo V. Imperatore alibi diximus, quod cum Saxonom ingentes copias manu fatis exigua superasset, non sibi, sed Deo largitori victoriam ascripserit, erumpens in nobilem hanc vocem: Veni, Vidi, sed Christus vicit. *Sur. in Comment. rev. toto orbe gestar.*

Legerat aliquando insigne illud fortissimi Machabæi monium, quæ militem suum hostium multitudine terrum confirmabat: Facile est, confidit multos in manu paucorum, & Non est differentia in conspectu Dei cœli in multis, & in paucis: quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo sortitudo est; & *1. Machab. cap. 3.*

Didum Jahazielis Prophetæ ad Josaphat, supra adduximus.

THEODOSIUS Imper. Cum ei victoria de Joanne Tyranno in ludis Circensibus nuntiaretur, ad populum vociferans: Agite, inquit, ludicro hoc omnino, in adem hanc precatoriam eamus, & carmina gratiarum auctori victoriae Deo concinamus. Dixit, & fecit. *Niceph. 14. cap. 7.*

CLOTHARIUS rex Francorum cum Chramno filio rebellis dimicaturus: Respice, inquit, domine de cœlo, & judica causam meam. Quia à filio injustè injurias patior. Respice, & judica justè, illudque impone judicium, quod quondam inter Abalonem, & patrem ejus Davidem posuisti. Ergo prælio invito, Chramnus à Clothario captus, & occisus est. *Gregor. Turon. 4. cap. 16.*

C TRAJANUS Dux belli missus à Valente Imperatore contra Barbaros, cum succubisset, ideòque à Valente ignavia argueretur, generosè respondit: Non ego, o Imperator, victus sum, sed tu ipse perdidisti victoriam, qui contra Deum aciem instruere non desinis, & ita ejus auxilium barbaris concilias. Non abs te oppugnatus, se illis adjungit. Atqui Deum sequitur victoria, & ad eos accedit, quibus Deus se ducem præbet. Non nosti, quos viros Ecclesiis eduxit, & quibus eas tradideris. *Theod. 1. 4. b. cap. 29.*

ALPHONSUS Aragonum rex, filium Ferdinandum contra Florentinos in bellum euntem, sic alloquitur: Ne tantum tuæ, inquit, aut tuorum militum fortitudini fidas, ut arbitris absque divina ope hostes à te superandos. Victoria etenim non ex hominum consiliis, sed ex summi Dei voluntate, ac potestate proficiscitur. Tum Denique tibi militares artes profuturas scito, cum Deum tibi pietate, ac justis factis reddideris propitiū. Eum igitur si vincere expetis, pura mente colito: spernere omnem victoriæ in eo reponito. Et si quando (quod solet in bello contingere) tibi quicquam adversi contigerit, quo existimare possis ipsum Deum tibi subratum esse: D vide, ne ab eo per impatentiam, atque animi perturbationem discedas, sed potius satisfaciendo ei reconciliari stude. Solet enim Deus, quos diligit, interdum malis afficere: & quos constantes in adversis videt, rursus in meliorem fortunam restituere. Existimationis tuæ tibi diligentissima ratio habenda erit, putandumque nihil ea te in humanis rebus pluris esse, aut fieri debere. Quippe cum victoria nunquam magis existimatione, & fama, quam militum robore, ac virtute comparetur. Et victoria quidem sæpe claudibus mutatur: ac fama, si cum probitate, ac fide conjuncta fuerit, & permanet, & cum omni ævo perdurat. *Panorm. in ejus vita.*

Cælo Holoferne manu muliebræ, & victoria secuta, Judæi omnes venerunt Hierosolymam, adorare Dominum, & obtulerunt holocausta, & vota. *Judic. 25.*

Eisdem gratiarum actiones solvit rex Josaphat cum omni exercitu, post obtentam victoriam contra Idumæos, Moabitæos, & Ammonitas. *2. Paralip. 10.*

Idipsum fecerunt Machabæi, & Hierosolymitani de magnis periculis liberati. *2. Machab. 10.*

Item Constantinus Magnus, victo Maxentio, & Licinio. *Euseb. 10. Niceph. lib. 7. cap. 46.*

ALPHONSUS Aragonius, insigni victoria matutino tempore ad Trojam potitus, non prius arma deponere, & corporis sui curam habere voluit, quam gratias Deo pro felici successu haberet. *Ludovicus Dominicus lib. 1. var. histor. Similiter & egerunt multialii Christiani Principes.*

* EXEMPLA ETHNICORUM.

Id etiam Ethnici à cognitione veri Dei alieni testari ipso facto, ad pulverinaria supplicationes suorum Deorum publicas instituendo, ut ob præclaras pugnas, quæ Jul. Cæsari in Gallia contigerant, quindécim dierum Romæ supplicatio decreta.

CICERO C. Octavio in Senatu ob res feliciter gestas quinquaginta dierum supplicationes decrevit.

BRUTUS ob prostratum Antonium bello Mutinensi, totidem dierum supplicationes meruit, in quibus grandes natu matris manibus amplexa, & viri femotum coronati procedere, & cum bonis acclamantibus, & bonis omnibus ad templum convenire, & diis suis, quos veros putabant, gratias agere solebant.

Obtruncato à militibus tyranno Maximino, filii, & amici ejus, delatitque capitibus Romam hostilibus, nulla fuit atas, quæ non ad aras, & templa festinaret. *Herod. in 8.*

* VICTORIA VIRTUTE PARANDA.

¶ Vide pleræque in loco de Veneno.

Rem magnam se præstitisse arbitrii fane plures, si per astum, insidiave hostem prostraverint: ac saniori mente Alphonsus, qui dum à Ludovico Podio nuntiaretur, esse, qui armamentarium, navemque Venetorum subiecto igne combureret, modo duo aurocorum milita à Rege acciperet; respondit: Virtute vincendum, non nunquam: ex hac enim re non alia mihi laus speranda, quam ejus, qui Dianæ Ephesæ templum exussit. *Ex Panorm. 1. 3. de Gest. Alphonsti Bezerinck in Apophth. Christian.*

Venerat ad eundem Rogerius Pallantia comes, vir strenuus se regem Castellæ Joannem confosurum spondens, si Rex annuat, at ille: Neque pro Castellæ, neque pro totius orbis imperio tantum scelus admiserim? virtute non scelere paranda est gloria. *Ibidem lib. 2.*

LYSANDER, Lacedæmonion non præficiant pædrotibus, qui pueros ad lucram exercere: quod virtutis esse certamen, non artis: Unde & Lysander interrogatus, quo pacto, à Charonte victus esset? Respondit, Vario officio. Non existimabat ea gens in quavis respectioem esse victoriam, quæ callidis consiliis contigisset potius, quam animi, corporisque robore. Ars autem omnis, ut naturali simplicitate recedit, ita dolo affinis est. *Plutarchus.*

ALCIBIADES, etiamnum puer, cum ita palestra nexu quodam constitutus esset, unde se non posset explicare, manum colluctatoris mordicus arripuit. Illo dicente, mordes, Alcibiades, ut se firmius solent: Immo, inquit, ut leones. Jam tum agnoscerat animum cedere neficium. *Plut. in Grec. Apophth.*

ALEXANDER Parnemioni, & aliis suadentibus ut noctu, & ex insidiis Dariam ad Arbelas aggrediretur, respondit: Latrunculorum, & furum ista est solertia, quam mihi præcipitis: quippe illorum votum unicum esse fallere. Mæ vero gloriæ tempus aut absentiam Darii, aut angustias locorum, aut suntum noctis habitat non patiar: palam luce aggredi certum est. Malo me fortunæ peniteat, quam victoriæ pudeat. *Quæ Cur. 14.*

ALPHONSUS, cum Cajetan urbem pertinaciter obsideret, & eos fortè quos oppidani tanquam bello inutilis expulissent, ut commeatum diutius in urbe haberent (erant autem senes decrepiti, mulieres, puella, infantes) ab his abstinerere suos milites iussit. Verum milites cum agrè hoc tulissent, malo, inquit, rex, Cajeta, & Cajetanis nunquam potius, quam homines imbelles, & innocentem juventutem tam fœdè, tamque crudeliter trucidando vincere. Cum viris enim, non cum mulieribus mihi dimicatio erit. O regem immortalitate dignissimum! quique universum genus humanum gubernet, & regat: Victoriam, quam lucrosam, ac impiam existimaret, nullam judicavit. Igitur omnem sexum, atque ætatem imbellem excipii iussit, sed exceptos omnes abundè refici, atque refocillari voluit. *Anton. Panorm. de reg. Alphonsti 3. & Eneas Sylv. de ejus dictis.*

CAROLUS

CAROLUS Francorum rex in bello Britannico superatus, à A militibus, & pecunia jam exhaustis, cum per legatos peteret ab Alphonso Aragonum rege (cujus provincias ab antecessoribus quidem acceperat, sed non salvo iure) ne contra se bello jam protium fuscitaret aliquid bellum, infortunio occasionem dedit: respondit Alphonsus, non est, quod tibi hoc tempore timeat Carolus, ego enim, quod majores mei in Carolo summa felicitate non peterunt, in ejus calamitate petere nolo. Potuisset autem Alphonsus potentissimus, Carolum toto exuere regno, paucis admodum militibus, si astu, & insidiis, non aperta virtute victoriam bonis viris parandam esse judicasset. *Anton. Panorm. de rebus gestis Alphonsti. Eneas Sylvius de ejus dictis.*

Idem, Simili quodammodo respondisse dicitur exuli Florentino, Cosmam Medicen occisurum pollicenti, si xxx. non amplius manu militum à rege juraretur: longè quidem acriores, atque ampliores hostes fecit & habuisse, & habere, quam Cosmas esset, quorum morte vel regem consequi se quidem potuisset, sed abstinuisset à scelere, *Idem Panorm.*

Idem, cum quidam se offerent, qui Renati Andegavensium ducis, & hostis suis atrocissimi, mortem promitterent, infidiis parandam: non tantum hoc fieri noluit, sed, ut in parricidii se eodem animadversurum dixit, si hoc tentarent: dicens, Nequaquam insidiis cum hoste de regno, sed manu tantum, & virtute vincendum. *Panorm. de rebus gestis Alphonsti.*

ANNIBAL, Gisconti nunciandi sibi admirabilem videri Romanorum instrutorum ad pugnam numerum: Immo aliud, inquit, mirabilis te fugit. Quid autem hoc esset, interroganti: Quod ex tam numerosa, inquit, hominum multitudine nullus appellatur Gisco. Timebant milites tantum militum Romanorum numerum: Verum Annibal, qui toties Romanorum vires pugnano frægerat, satis sciebat, non in numero, sed fortitudine militum consistere victoriam. *Plus.*

* VICTORIÆ MODERATIO.

Moderatio, & rectus usus victoriæ, ubi ea feliciter cessit, magis apud viros sapientes in laude ponitur, quam ipsum vincere. Hoc enim Hierocritus tribuit *Plutarchus in Nicias.*

CN. POMPEJUS Tigranem regem bello superatum, certis rebus imperatis, in pristinum fortunæ habitum restituit, æque pulchrum esse judicans, & vincere reges, & facere. *Valerius Max. lib. 5. cap. 1.*

Crudelis, & immanis merito hostis habendus, & ab omni Christiana charitate alienus, qui in suos per victoriam factos, more rabida fera sævit, immò & oppida, urbes, & quæ sibi nocere nequeunt, destruit. Longè regalis est, utpote paternum, homines conservare, quam interire, urbes condere, quam destruere.

In quo laudatur meritò à *Silio Italico lib. 4.* M. Marcellus, qui se temperavit ab his immanitatibus, Syracusarum civitate potitus.

Ausonius duxor, postquam sublimis ab alto Aggère de sepe trepidam clangoribus urbem, Inque suo postquam nœsu, sicut mania regum, An ullos oriens videat lux crastina moros? Ingenui, minimèque viris tantumque licere Horruit, & properè revocata militis ira Jussit stare domus indulgens templa vetusta Incolere, atque habitare deis: Sic parcere viciis Pro præda fuit, & se se contenta, nec ullo Sanguine pollutiis plausit victoria pennis.

Celebre exemplum etiam truci inimici Totila Gothorum regis. Capta enim Roma, inveniit Totila templum, Pelagii Diaconi occurrit, Christi Evangelia in manibus gestans, ac genibus prostratus supplicibus, Parce, inquit, o princeps, tuis. Cui ille eacchinans respondit: nunc mihi demum supplicaturus venisti, Pelagi? tum ille, maxime, inquit, quoniam tuum me servum fecit Deus, verum ab his jam abstine manus, qui tibi in servitutem cesserit. Quibus periculis Totila precibus, militibus edicto suo mandavit, ne quem posthac Romanorum occiderent, atque ita urbem diriperent, ut sibi pretiosissima quæque servarent. *Sigonius lib. 1. imperii occidens.*

Præclare egit Julius Cæsar, qui afferentem sibi quempiam Magni Pompeii caput, exhorruit, & scelus execratus oculos avertit, lacrymaque etiam effudit, cum illius annulum cerneret, in cujus gemma Pompeii facies cernebatur; Achillam

quoque, & Photinum illius percussores jugulavit, victo Prolemao Rege, compulsoque ad mortem. Nam cum profugatum à Cæsare exercitum suum cerneret Prolemaeus, è castris se in fugam proripuit; & cum urgente hoste profugeret ad maris litus, in propinquam navim à suis exceptus est: sed multitudine eorum, qui enabantur, ingruente, navigio demerso, perit. Et hoc pacto permixta conditionis pœnas dedit infelix Rex in primo adolescentiis flore, dum nimis obtemperat pessimorum satellitum consiliis.

ANTONIUS, Bruti, quem vicerat, & ad mortem compulerat, cadaver purpureo paludamento suo involvit jussit, & illius cineres Romam ad Serviliam ejus matrem, & ad uxorem Portiam perferri jussit. *Franc. Patr. libro quarto de regno, titulo 17.*

CYRUS apud Xenophontem ait, se nunquam ex victoriis factum esse elatiorem, nunquam se effusse letatum esse. Rescundæ, inquit, reddiderunt me timidiorem, & metus me non passus est unquam fieri insolentiorum, aut unquam effusse letari.

Oratio Abner libro secundo Regum cap. secundo adhortantis Joab, ut cessaret persequi fratres suos; congruit cum sapientissimis dictis, quibus Cicero bellum civile detestatur. Sic e- *Nim libro 4. epist. fam. ad Marcellum scribit: Omnia sunt misera in bellis civilibus, sed miserius nihil quam ipsa victoria; quia etiam ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores, impotentioresque reddit; ut etiam natura læta non sint, necesse esse cogantur. Multa enim victori, eorum arbitrio, per quos vicit, etiam invito facienda sunt. Item: Sapiens, & bonus civis initia belli civilis invidus suscipit, extrema non libenter persequitur. Et libro nono ad Varonem inquit: Extremum omnium malorum est belli civilis victoria. Igitur.*

Excitet urbes sua longè, laribusque, domoque, Qui cupit in sese cives dira arma parare. *ut ait Homerus in 9. Iliad.*

AGESTIAUS Lacedæmoniorum Rex crebro admonebat milites suos, ne captivos ut facinorosos cruciarent; sed ut homines servarent, & infantibus etiam in bello captis parcerent.

Interest profectò hominem hominem affici beneficio, propter naturæ commune vinculum: ut nefas sit hominem homini insidiari. *1. servus ea lege de servis Exporta. libro tertio de justitia, & jure.*

Mantinienses, relicta Republica Achæzorum, Ætolis se, patriamque sponte tradiderunt: nec longè post Cleomeni inter hæc dum sub republica Lacedæmoniorum viverent; anno ante Antigoni ad eas partes adventum tanto; iterum ab Achæis duce Arato capti fuerunt. Quo tempore, tantum abfuit, ut ob contractam offensam mali quippiam paterentur: ut incredibile omnibus apparuerit, quam facile, quamque celeriter uterque populus in unam denuo Rempublicam coalesceret. Quippe Aratus simul atque potitus est urbe, mandavit suis, ne quid alienum tangerent: postea vocatos ad se cives hortatus est, ut bono animo essent, suisque rebus fruerentur, futuros enim salvos, quamdiu sub Republica Achæzorum manerent. Mantinienses, qui omni profus spe delituiti videbantur: Arati verbis summpere recreati, è vestigio sententiam mutant; & quorum modo perniciossissimi hostes erant, & quos multis necessariis destitutos, ac non paucos illorum vi rerum adversariorum oppressos videbant, in proprias domos admittunt, cum his res, fortunæque suas communicant: nihil denique pretermittunt, quod ad incundam firmissimam amicitiam pertinere videtur. Neque id injuria. Nescio enim, an ali- *quod inquam vel in manus mitiorum hominum venerint, vel in majores fortunæ casus lapsi, cum minori detrimento surrexerint, quod Arati, atque Achæzorum humanitas fecit. Polyb. lib. 2.*

ANNIBAL cum in Gallia hybernaret: socios Romanorum, quos captivos habebat, primò quidem tractavit humane: post verò in concionem vocatos, pluribus verbis hortatus est, se venisse, non ut bellum Gallis inferret; sed ut cum Romanis pro libertate eorum pugnaret: quamobrem debere eos, si sapiant, amicitiam, ac societatem cum Carthaginensibus inire. Adeste se, ut in libertatem Italia populus vindicet; ut iis, qui per injuriam à Romanis domo pulsi essent, patriam, civitatque restituit. His, atque aliis dictis hujusmodi, omnes sine pretio dimittit, cupiens per hunc modum simul Italiae populus sibi conciliare; & simul alienos à populo Romano facere, tum si qui oppidis, aut portibus privati à Romanis fuerant, contra eos irritare. *Idem lib. 3. P. Scri.*

P. SCIPIO, eum coacta esset in civitate Iberia Carchedone a multitudine captivorum, quae paulo minor numero millenario erat, praecipit primum separari cives cum uxoribus, & liberis eorum, deinde manuarios opifices. Quo facto, cives hortatur ad benevolentiam erga Romanos, & ut beneficii accepti memores essent, ac sic cunctos ad domos suas dimitteret. Illi propter insperatam salutem partim illacrimantes, partim gaudentes, cum se coram duce incurvascent, discedunt. Ad manuarios autem opifices in praesenti dicit, esse eos jam publicos Romanæ civitatis ministros; verum si se benevolos, & alacres in suo quisque artificio exhibeant, pollicetur illis libertatem, si bellum contra Carthaginienses susceptum prosperè successerit. Est Quaestori datum in mandatis, ut nomina illorum conscribat, constituitque curatores ex Romanis triginta. Erat enim universa hæc multitudo circiter duo millia: ex reliquis vero captivis robustiores, aspectuque, & atate vegetiores selegit, & ad supplementum classiaris adjunxit: ac cunctis nautis numero hemolias respectu priorum constituit, etiam captivas naves implevit: sic ut cujusque navis viri propè duplo plures essent, quam antea. Erant enim captæ naves numero decem, & octo. Primæ verò fuerant triginta quinque. Consimiliter autem & istis libertatem promisit, si benevolentiam, & alacritatem ostenderent, ut ipsos eo bello Carthaginienses vincere contingeret. Itaque cum talem se erga captivos exhibuisset, cives cum erga se, tum erga Republicanam Romanam; admodum benevolos, & fideles & opifices quoque spe libertatis plurimum alacres reddidit. *Idem lib. 10.*

HERON, admodum quidem adolefcens, sed ita universis naturæ, atque ingenii dotibus ornatus, ut nihil ipsi regium præter regnum deesse videtur, suscepto Syracusanorum magistratu, cum tandem cætera amicorum stipatus in urbem subintrouisset, ac diversæ factionis cives superasset; adeo clementer, moderatèque victoria usus fuit, ut unanimi Syracusanorum omnium consensu, quamvis militarem electionem haud quaquam probarent, dux ipsorum constitueretur. *Polib. libro 1.*

ALPHONSUS, non tam quod hostes vincere & sciret, & posset, gloriabatur, quam quod victis consulere didicisset. Illud quidem fortunæ interdum munus esse, hoc autem semper suum. Rescillare enim victos, verè regium est: debellare autem hostes, fortunæ est. *Panorm. lib. 2. de rebus gestis Alphonsi.*

Idem, cum in obsidione Stephani, centuriones, ac milites, qui maledixerant regi, post captam urbem clementer tractasset, castigatus a suis, qui omnes morte damnandos judicarent: respondit: Se male esse clementia, & humanitate erga hostes, quam ex victoria laudem adipisci. *Panorm. lib. 3. de rebus gestis Alphonsi.*

ALPHONSUS frequenter in ore habuisse fertur, tanto triumphum victoris illustriorem esse, quanto plures relictæ sunt, de quibus triumphetur. *ibid.*

Idem cum gravi, atque diuturno bello confecto jam triumpharet, victos tamen, & captos hostes triumphantium more currum praeire non passus est. Ob hostes servatos rectius quam caecos triumphandum esse dicens. Unde apparet, quanti rex clementissimus victorias nullo sanguine partes faceret. *Idem lib. 2.*

Idem cum Florentinis, ac Venetis potentibus pacem dedisset: & regiorum plerique gloriæ studio flagrantem permolestè hoc tulissent, eo quod in eo bello magnificum, ac gloriosum aliquod facinus edere potuissent, & quo

D jam pace comparata se frustratos planè agnoscerent: Rex id, quod erat suspicatus, aliquando occasione jam natu dixisse fertur: Bono animo estote, commilitones: nam & virtuti vestræ, & mihi credite. Neque locus enim, neque honos deerit, & mihi perquam speciosum fuit, potentibus pacem dare. Ita enim arma capere consuevimus, ut sine cruore, si id modo fieri potest, victoriam adipiscamur. Et quid aliud pacem tam submisit petentes confitentur, quam se victos, non autem victores esse? *Panorm. lib. 1. de rebus gestis Alphonsi.*

QUINTUS, Philippo victo, in Isthmiis præconio iussit evulgari, se Græcos suæ libertati, suoque juri permittere. Quotquot autem Romani temporibus Hannibalis capti serviebant apud Græcos, cum horum singulos Græci quingentis drachmis emissent, gratis Quintio donarunt, qui & ipsi Romæ triumphantem Quintum sequuti sunt pileatis, quod facere solent è servitute manumissi. *Plutarchus in Romanorum Apopbi.*

AUGUSTUS CÆSAR, cum Alexandrinæ post urbem vi præcipam extrema se passuros existimarent; suggestum concessit, ad junctio sibi Ario Alexandrino, dixitque se civitati parcere, primum propter ipsius magnitudinem, ac pulchritudinem, deinde propter Alexandrum Magnum ejus urbis conditorem, postremo in gratiam Ario amici. Rarè custodiam clementiæ fuit non diripere civitatem, quæ pernicissimè rebellaret, sed non minus laudis crebatur illa civitas, quod hujus beneficii gratiam non sibi vindicavit, sed unam, præcipuamque partem illi concessit urbi: alteram tribuit Alexandro, cujus memoriam seiebat apud Alexandrinos esse gratiosissimam: tertiam transtulit in Artum ejus civitatis civem, amicum tanto titulo suis commendans. *Plut. in apopbi.*

AURELIANUS Imperator cum Tyannam venisset, eamque oculis repersisset, iratus dixit: Canem in oppido non relinquam. Hæc voce milites erecti fuerunt in spem prædæ, & Heradamon Thyantensis metu, ne cum cæteris occideretur, prodidit civitatem. Quæ capta Aurelianus Heradamonem patriæ proditorem occidit. Militibus ex Cæsaris promissio direptionem oppidi flagitantibus; respondit: Agite, canem negavi relicturum, canes omnes occidite. Hoc pacto & proditori mercedem rependit, & militum avaritiam eludit. Videtur autem hic sermonis color sumptus ab Hebræis, in quorum literis reges, qui maniant interfectionem, negant, se quemdam relicturos usque ad mingenam ad parietem, canem hæc paraphrasi significantes. *Erasmus in Populo.*

AGESILAS cum post felicem apud Corinthum victoriam, ingentem numerum Corinthiorum, & Atheniensium à suis trucidatorum emeret, adeo non gavus est, ut ne elatus ea victoria, ut graviter Græciæ etiam vires deploraret. Hæc, inquit, Græciæ! que vos viros interitino bello perdidit, quot universi barbaris debellandis satis esse poterant. Viro magnanimo optabilis quidem erat victoria, sed multo gratior, si patrum sanguine parva fuisset. *Plut. in Læconis apopbi.*

LYCURGUS præcipere solebat, ut postquam in bello hostem vertissent in fugam, ac superasset, iam diu fugientes insequerentur, donec certa esset victoria, moxque retrocederent: Neque enim Græcorum convenire moribus eos trucidare, qui cessissent: idque non solum honestius, verum etiam utilius esse dicebat. Siquidem hostes quibuscumque res est, ubi cognovint Lacedæmonios parere cedentibus; occidere verò qui loco non cedunt, sibi conducibilis aestimant fugere, quam persistere. Frequenter enim desperatio magnam robur addit animo non minus quam spes victoria. Debet autem Græcos legibus, ac disciplinis imbutos, etiam imbellis meminisse clementiæ. Barbaricè feritas est, sævire in prostratos. Sed rursus ita temperanda est clementia, ne nobis sit exitio. Fit enim non raro, ut hostis fugam simulet, ut redintegratis viribus actior insurgat in victorem. *Erasmus ex Plut. in Læcon.*

EPAMINONDAS, cum alias solitus esset uncto corpore, hilarique vultu prodire in publicum, post diem ejus diei, quo feliciter pugnatum est in Leuctris, processit squalidus, & summissus. Amicis autem sciscitantibus equid illi molesti accidisset? nihil, inquit, sed heri sensi me plus æquo mihi placuisse, ejus gaudii intemperantiam hodie castigo. Adeo tenuit arrogantiam viri BOZOTUS, ac militaris, & nos non idem faciemus, quoties secunda fortunæ aura res nobis succedunt? *Plut. in apopbi.*

SCIPIO dicere solebat, hosti non solum esse dandam viam fugiendi, verum etiam muniendam, docens, moderandam esse victoriam, nec savendum in eos, qui contra ferre arma destitisset. *Plut.*

INSOLENS, ET CRUDELIS.

Plerumque

EXITIOSA VICTORI.

PTOLEMÆUS LATHURUS rex Ægypti acerrimo prælio cum Judæis ad Jordanem confixit: cumque magna multitudo Judæorum in acie trucidata esset, victor Ptolemæus in sinibus Judææ populatam esse villas, & jussit occidi mulieres, & infantas, & dissecta eorum membra coqui, quibus elixis, & coctis vesci Judæos coegit. Sed Judæa Ptolemæi matre auxilia ad-

lia adversum eum petierunt: quæ mist exercitum eo celerius, ut filium ab Ægypto arceret. Cum igitur frustra tentaret reditum Ptolemæus, nec tueri occupatas in Phœnicia urbes posset, rursus fugit in Cyprum.

PHERETIMA traditis sibi à Peris Barceos, qui in eade filii ipsius Arcellai principes fuerant, sudibus suffixit per ambitum murorum; & feminarum quoque decimas mamillas circa muros appendit. Cæteros Barceos Peris ut diriperent imperavit. Verum crudelis ista Pheretima male perit. Ut enim existunt acres admodum, & invidiosa ultiones Deorum in homines vivens verbibus compurruit. Tales, ac tanta Pheretima Bati filia in Barceos vindicta exitit. *Herodot. lib. 4. in fine.*

M. ATILIUS, tametsi Carthaginienses cemeret terra, marique graviter oppressos, ac proinde non multo interjecto tempore urbem in ejus potestatem venturam speraret: tamen veritus, ne novus Dux, qui propediem in Africam venturus credebatur, res à se egregie gestas sibi tandem ascriberet, de sedere agere cum Carthaginiensibus cepit. Carthaginienses eam rem latissimum animo accipere. Mittuntur igitur ad Consulem legati principes civitatis, qui de pace agant. Hi cum ad eum pervenissent, tantum abfuit ut fedus cum Romanis inirent: ut gravitatem eorum, qui sperabantur, ne audire quidem æquo animo poterunt. Etenim M. Atilius jam rerum omnium potius, quidquid Carthaginiensibus offerret, id eos loco beneficii, ac muneris accepturos sperabat. Contra verò Carthaginiensibus videbatur, nihil sibi etiam ad extremum victis à Consule gravius, nihil acerbius responderi potuisse. Quapropter legati non solum re infecta discordes discesserunt, verum etiam responsum Consulis, ut nimis grave, atque superbum, mirum in modum detestati sunt. Ea verò eum in Senatu Carthaginiensium retulissent, tametsi Carthaginienses de rebus suis jam pridem proflus desperaverant: tantam tamen auditis Consulis petitionibus indignationem simul, atque audaciam animo conceperunt, ut subire potius omnia, & cuncta tam facta, quam tempora experiri prius decreverint, quam aliquid, ad nomini suo ignominiosum, aut rebus ante à se præclarissimi gestis indignum perpeti. Xantippi igitur Lacedæmonii usi ope, & opera Carthaginienses, non tantum Romanos memorabili clade vicerunt, sed ipsum etiam Consulem Atilium cum multis aliis virum ceperrunt.

SYLLA pulcherrimam victoriam suam dira, atque inhumana crudelitate frædavit: cui non satis fuit vivis hostibus illudere, nisi mortuorum etiam ossa & sepulchris canino more eruta in fluvium mergi juberet, ut de Marii cadavere fecit. Proinde moriens se cremari testamento cavuit, ne idem ab hoste ludibrium post interitum pateretur.

* NONNUMQUAM TAMEN

Severitatis

EXEMPLUM STATUENDUM.

Non tamen promiscuè in omni victoria moderationem adhibendam esse suaderi videtur, ne hæc ratione facilis in Principes alii exsurgant, sed victorum exemplo edocti, collatum mittant, & à bello deterrantur.

Ita Romani cum civitates capiebant, non homines modò occidebant, sed cunctas dissecabant, aliorum animantium membra folebant, donec tesserae vel symbolum milites acciperent. D deffidendi à nece: quod faciabant terroris incutiendi causa. *Polibius in Epitom. lib. 10.*

Alia tamen ratio ad severitatem impellere potest, si qui victi fuerint, ante id quo scelere meruerint, ut nullam à victore misericordiam consequerentur, Deo ea ratione illorum impietatem vindicant.

Sic David postquam dimicasset adversum civitatem Rabbath, & cepisset eam, prædam civitatis apportavit, populum quoque ejus adducens ferravit, & circumegit super eos ferrata carpenta: dimisitque cultros, & tradidit in typo laterum, sicque fecit cunctis civitatibus sciorum Ammon. 2. *Reg. 12.*

Joannes Magnus, 1.5. cap. 11. refert, Alaricum Visigothorum regem brevi tempore post expugnatam Romam periisse proteritum divinum furorem ob nimium Gothorum clementiam provocatum, quod superbum nimium Romanorum lasciviam, & blasphemiam non satis castigasset, parcens nimium populo, & adificiis.

Quod & firmare videtur Orosius dum de ea invasione scribit. Et ne quisquam forte dubitaret, inquit, ad corruptionem E superbiæ, lascivie, & blasphemie civitatis, tantum fuisse permissum, eodem tempore clarissima urbis loca fulminibus deleta sunt, quæ inflammari ab hostibus nequiverunt. *lib. 7. capite 28.*

Reprehensus, regnoque privatus Saul, quod non occidisset Agag, & omnia viventia Amalechitarum. 1. *Reg. 15.* Reprehendit Deus intempestivam misericordiam regis, Achab, in cujus manus victoriam de Syris posuerat, audivitque à propheta verbis Domini, postquam perecessisset. Benaad regi Syriæ: Hæc dicit Dominus, quia demissisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ejus. 3. *Reg. 6. 20.*

ALPHONSUS Rex Aragonum, cum agrum Surrentinum populari jure bellico cogere, sæpè numero ingenuissè fertur. Verum cum oppidanos pertinaciores, quam illis conveniret, animadverteret: Videte, inquit, qui urbem habitatis inimicam mihi, ne vestra pertinacia id efficiat, quod postea in ea levitate, & clementia corrigi non possit. Subindicans, non semper esse situm in ducis potestate, parta victoria, militum prohibere rapacitatem. *Panorm. 11. de rebus gestis Alphonsi.*

* AD VICTORIAM QUÆ INDUCANT, JUSTITIA, ET

OBSERVANTIA IN EXERCITU.

Adducam pro hac re dictum Belisarii ad suos milites. Longa, inquit, mihi opus esset oratione, ad enarrandum quantum vim habeat justitiæ observatio. Hujus disciplinæ summum, tum pugne finem, fortunamque imperiti tantum in dextris consistere existimant. Vos autem, qui sæpè inimicos vicistis, neque corporibus, neque viciis vobis infiores: sæpè etiam victi fuistis: non ignorare puto, quod homines quidem utrimque ex acie inter se dimicant, finem verò tantum, quem Deus voluerit, consequuntur. *Procopius de bell. Vandal. 1.*

Etenim profequitur: Multa victoriam fortibus viis pollicentur: justitia imprimis, pro qua contra injustos, & iniquos venimus, nostra quoque recuperari, præterea Vandalorum contra suum tyrannum odium, atque malevolentiam; Deus namque auxilium justa petentibus semper adesse solet. Miles quoque imperanti minime benevolus agere fortiter ignorat. Præter hoc nos Scythias, & Persis omne ævum res gestimus. Vandali autem, ex quo Africam vult adepti, neminem inimicum præter nudos Numidas habuerunt. Quis autem ignoret, quod omnis disciplina ratio exercitatione augetur, otio verò debilitatur? Nam vallum videtur nobis esse, unde aciem progredi oportet, munitionissimum. Adfuit & arma, & alia quæcumque ferre non valeamus, hic præsto parata, & demum huc revertentibus nihil nobis necessarium deest. *Idem ibid. lib. 2.*

MILITEM ANIMARE.

Vide Locum de Duce.

AGESILAS audierat, socios molestè ferre tam crebras expeditiones: præsertim cum ipsi permulti Lacedæmonios numeros paucos sequerentur. Itaque volens ostendere, quanta esset Lacedæmoniorum multitudo, jussit interverfos socios simul consistere permixtos invicem: Lacedæmonios item se paratim solos. Mox per præconem edixit, ut primi omnium surgerent singuli. Hi cum surrexissent, secundo loco per præconem jussit surgere fabros ærarios, deinceps architectos, ac domorum opifices, similiter & aliarum artium singulos. Ita factum est, ut propediem socii surgerent omnes, Lacedæmoniorum verò nullus: eo quod Lacedæmonii, qui militia parantur, interdicitum sit, opificum, aut artem sedentiarum vel exercere, vel discere. Hoc facto, risit Agesilas: Videte, inquit, o viri, quanto plures non educimus, quam vos? Hoc stratagemate dux inclutus demonstravit, non perinde referre quam numerosum militem ducas in prælium, quam fortem, & exercitatum. *Plutarch. in Læcon. Apopbi.*

ALEXANDER audio Darium triginta myriades in aciem producere, dixit: unus coquus non meruit multas oves. *Aut. in Meliss. p. 1. ser. 71.*

JULIUS CÆSAR post attritos Tigurinos ad urbem quandam Sociorum proficiscens, cum audivisset, Helvetios in itinere

itinerare occurrere, in locum quandam munitionum se recepit: ibi que copias congregatis, & equo cui insidere solebat adducto. Hoc, inquit, post victoriam utar in persequendis hostibus, & pedes aggressus est Helvetios, Erasmus libro quarto Apopht.

BONIS CONSILIIIS Aufcultate.

Hujus rei defectu etiam maximæ res in discrimen adductæ.

Romani Consules M. Aemilius, & Servius Fulvius, cum præpè Mercurii promontorium, centum, & quatuordecim Cathaginesium naves plenas cepissent, paucis diebus in Africa commorati, Siciliam repetunt. Trajecto igitur prospere pelago, quod Africam, Siciliamque interjacet, cum non procul à Camerina urbe conflissent; in tantam procellam, calamitatemque incidere, ut ne referri quidem fatis, pro rei magnitudine possit. Ex quatuor enim, & sexaginta supra trecentis navibus, vix octuaginta incolumes à tempestate superfuere. Reliquæ omnes, aut submersæ undis, aut scopulis impactæ, universum litus naufragiis, cadaveribusque compleverunt. Majorem scaturam uno tempore mari factam, nemo ante nostram ætatem meminit. Quæ res non tam fortunæ culpa accidit, quam Consulul temeritate. Navis etiam sæpè momentibus, vitandum esse externum Siciliæ latus, quod importuofum, atque infestum esset, & agrè traici posset, præsertim eo antitempore, quo inter Orionis, & Canis signa navigabant: illi spretis, ac pro nihilo habitis naufragiis, dum superioris victoriæ fiducia elati, clanculum urbes quasdam hostium per id litus invadere, ac capere properant, exigua admodum spei gratia, in maximas calamitates inciderunt. Actum primum demerentiam suam agnovērunt, atque ita rebus se paulo ante præclarissimè gestis, turpi hoc naufragio sedatis, temeritatis suæ poenas launt. Polyb. lib. 1.

ORDINES SERVARE.

Testatur id Phormio Atheniensis in oratione ad milites, cum ait: Vos apud naves in suo quisque ordine manentes è vestigio præceptis obtemperare, cum præsertim brevi momento invadendi constet occasio: & inter agendum plurimum existimate ordinem, & silentium, quæ cum aliis in rebus bellicis conducunt, tum præcipue in navalibus. Hæc ad milites suos Phormio: vincitur tamen à Peloponnesibus, qui cum dixisset, curare singulos eorum paratose, in posterum diem ad insequendos hostes esse. Multitudo autem hujusmodi rebus animis, & omni genere prædæ referata, ad crapulam se ebrietatemque convertit, & eam, quæ ex hujusmodi rebus consequi solet, segnitiam, atque ignaviam. Molon, cum opportunum quandam locum natum, cæna militem rescisisset, converso mox itinere in hostes rediit: quos cum somno, vinoque sepultos comperisset, summis viribus castra eorum sub auroram invadit: Xenatas novitate, ac magnitudine rei perterritus, nec suos propter ebrietatem excitare valens, cum paucis impetu in hostes facto interimitur. Dormientium magna pars in ipsis castris eeciderunt. Reliqui fe in flumen proficientes, natæ in ulteriores ripas, & ad exercitum conati: verum hi quoque ad extremum magna ex parte periere. Item lib. 3.

VICTORIA PROSEQUENDA.

Exitiosa victoria est post victoriam securitas, & negligentia, quæ frequenter novæ cladis causa esse solet, dum ex eo hostis, cui jam victo redit in præcordia virtus; occasionem rei bene gerendæ accipere valeat. Romani feliciter, & insigni clade profligaverunt Annibaliscopias, & ad interfectionem cadere deinceps reliquias possissent. Adveniente verò nocte, cum propter ingentem lætitiã, quæ ex benè gestis rebus frequenter venire consuevit, nec non ob laborem superioris prælii negligentius à Romanis custodiæ fierent: Annibal, desperatis rebus, commo-dissimum tempus, ad suam, suorumque salutem, ob eas, quas diximus, causas, adesse ratus, in tempesta nocte cum copiis stipendiariis, quas Agrigenti habebat, egressus per medias hostium munitiones, manipulis palarum æquatis aggeribus, nemine penitus sentiente, cum suis omnibus incolumis evasit. Polybius lib. 1.

CN. CORNELIUS Carthagenisium duces duos, Hannonem, & Asdrubalem, in prælio vivoseperat. Hac victoria com-

perat, Asdrubal Iberum transgressus, exercitum adversus Romanos movit. Eunti nuntiatur, milites, navaleque socios, & insolentia adeptæ victoriæ, securos, & negligentes, per agros sparsim vagari. Quamobrem cum octo millibus peditum, & mille equitum, citato gradu eò profectus, magnam partem eorum occidit: reliquos recipere ead naves compulsi. Item lib. 3.

Hanno à Carthagenisibus contra hostes missus Dux, quæ bello necessaria erant, diligentissimè curavit. Erat enim vir promptus, & ad hujusmodi res ingeniosissimus. At paulo post adversus hostes cum exercitu profectus, quod rectè discernere tempora nequiret, magnam Ducis imperitiam præ se tulit. Missus enim in auxilium Uticensibus obfidione laborantibus, primo impetu hostes elephantorum multitudine perterritos dissipavit. Mox verò ad eò imprudenter se gessit, ut ipsos obfesos in quorum subsidium venerat, maximum in discrimen, & extremam ferè perniciem adduxerit. Nam cum balistas, tormenta, catapultas, ac omnifariam oppugnandarum urbium machinas, secum Carthage detulisset: castris ante moenia urbis positus pugnam cum hostibus commisit. Illi cum Elephantorum violentiam sustinere non possent: deserens castris, pluribusque ex suis interfectis, in proximum collem, natura, & arborum frequentia munifissimum, se receperunt. Hanno duntaxat adversus Numidas bella agere solitus (qui ubi semel fugam arripere, vix ad tertium diem consistere solent) quasi jam victor foret, curâ persequendi hostes abjecta, Uticam ingressus, tantummodo curando corpori operam dedit. Hostes verò sub Amilcare in Sicilia militare consueti: ac sæpè eodem die fugere hostem, & mox iterum inferari, simul atque Hannonem Uticam ingressum cognovere, exercitumque fiducia victoriæ securum dederunt: repente castra hostium aggressi, eorum partem interfecerunt, reliquos in urbem cum ignominia se recipere coegerunt: machinis, & cætero belli apparatu, nemine jam contradicente, potiti. Item lib. 1.

MOLON, contra Xenatam pugnavit, seu militari astu, siye quod copias disideret, relicti in castris impeditissimi, noctu inde discessit, itinere versus Mediam facto: Xenatas terrore adventus sui, & quod non satis militibus fideret, fugisse hostem ratus, primo quidem, occupatis hostium castris, equites suos, omnemque apparatum, quem cum Xeuxi reliquerat, accessit. Deinde convocata multitudo, universos, ut bono animo essent, optimamque de futuris spei haberent, hortatus est: upotè converso jam in fugam, & in summa rerum desperatione constituto Molone. Quæ cum dixisset, curare singulos eorum paratose, in posterum diem ad insequendos hostes esse. Multitudo autem hujusmodi rebus animis, & omni genere prædæ referata, ad crapulam se ebrietatemque convertit, & eam, quæ ex hujusmodi rebus consequi solet, segnitiam, atque ignaviam. Molon, cum opportunum quandam locum natum, cæna militem rescisisset, converso mox itinere in hostes rediit: quos cum somno, vinoque sepultos comperisset, summis viribus castra eorum sub auroram invadit: Xenatas novitate, ac magnitudine rei perterritus, nec suos propter ebrietatem excitare valens, cum paucis impetu in hostes facto interimitur. Dormientium magna pars in ipsis castris eeciderunt. Reliqui fe in flumen proficientes, natæ in ulteriores ripas, & ad exercitum conati: verum hi quoque ad extremum magna ex parte periere. Item lib. 3.

Cum Annibal apud Cannas felicissimè pugnavisset, amicis suadentibus, ut fugientem hostem insequens in urbem irrumperet, non obtemperavit. Quam rem Pantha Carthagenisius adeo indignè tulit, ut exclamaret: Vincere scis Annibal: victoria uti necis. Hoc dictum T. Livius tribuit Maharballi. Plutarchus.

JULIUS CÆSAR Pompejum æqualem ferre nolens, amissam rem expeditum ambo. Verum cum commissa pugna Pompejus vicisset, & victoriam non persequeretur, sed fe potius reciperet ad exercitum, tum Cæsar: Hodie quidem, inquit, penes hostes erat victoria, ac non habet duces, qui victoria sciat uti. Plut. in Rom. Apopht.

VICTORIÆ REVELATIO, Divinatio, Omnia.

Vide in loco de Divinatione.

APOPHTHEGMATA. DIOGENES in Olympiis præconem ita pronuntiantem, Dixissus

Doxippus viros vicit: cortex Diogenes: Hic, inquit, mancipia, sed ego viros. Significans, eos, qui certarent Olympiæ, non esse viros, sed gloriæ mancipia. Philosophus vincit viros. Laert. lib. 6.

BRENNUS, capta urbe à Gallis Senonibus, diuque obfidione oppresso Capitolio, pactum est inter Romanos, Brennumque Gallorum Regem, ut obfidio ea se solverent, ut Romani mille pondo auri penderent. In illa fortè auri pensatione Brennus de altera lance gladium, cingulumque ferreum apposuit. Interrogante autem Sulpitio, quid hoc esset? Quid aliud, inquit, nisi opprobrium victis? Plut. in Camillo.

Cum Mithridates Syllæ processisset obviam, dextramque porrexisset, Sylla non resalutavit: sed percontatus est, num à bello desisteret his conditionibus, quas cum Archelao pactus esset? Obterente Mithridate: Quibus pace opus est, inquit Sylla, eos priores loqui convenit, victori fieri satis est. Rufus cum Mithridatis varis coloribus excolaret, quæ gesta fuerant. Olim, inquit, audivi, nunc experior, te singulari eloquentia præditum, qui tam nefariis factis colorem invenire poteris. Plut. in Sylla.

THEMISTOCLES, cum adversus barbaros describeret Athenensium exercitum, & theatro ex illius gentis more producti essent galli gallinacii, atque inter sese commissi, pertinaciter depugnantes ad necem usque, rem ludicram vertit in seriam cohortationem. Sic enim civis suos affatus est: At isti, inquit, neque pro aris, ac focis, neque pro liberis depugnant, sed tantum, quod vincitur turpe sit. Quo igitur animo vos esse par est, quibus pro salute patriæ, pro charissimorum incolumitate, pro libertate certamen est? Erasmus lib. 8. Apopht. ex Plutarcho.

HANNIBAL à Minutio, quem insidiis obfederat, per Fabii copias depulsus, ubi rediisset in castra, dixisse fertur: Eo prælio à fe victum Minutium, fe autem à Fabio fuisse superatum: videlicet ex eadem pugna victus, & victor redditus. Perierat enim Minutius, ni Fabius succurrisset. Plutarchus in Fabio.

DEMOCRITUS dicere solebat, virilem fe non existimare eum solum, qui armis cæteros præcelleret: sed & qui cum voluptatibus pugnam capeffens, speciosam reportasset victoriam. Srobis.

PYTTACUS probatæ victoriæ circa sanguinem partas: nam magno civium cruore emptas, hoc est, Cadmeas, ut vocant, non existimabat esse victorias. Laert. lib. 1. cap. 5.

PYRRUS bis commisso cum Romanis prælio vicatæ, sed desideratis compluribus amicis, & ducibus, hic Pyrrhus: Si uno, inquit, adhuc prælio Romanos vicerimus, actum est de nobis. Quod vidi solent dicere, hoc dicebat victor, victoriam magno emptam non esse victoriam, sed calamitatem. Plutarchus.

ÆNEAS SYLVIUS dicere solebat, longè majorem servati quam cæsi hostis gloriam esse: Innuit autem, eam demum victoriam revera clam esse, quæ aut paucorum, aut omnium nullorum sanguine parte esset. Sylvius lib. 1. comment. de rebus gestis.

ANTISTHENES melius esse dicebat pugnare cum bonis paucis adversus multos malos, quam cum multis malis adversus paucos bonos. In bello enim non tam multitudo militum, quam pugnantium virtus parit victoriam. Laertius lib. 6. cap. 1.

DEMETRIUS, cum cepisset Athenensium, qui defecerant, urbem, eaque graviter rei frumentariæ penuria laboraret, protinus convocata concione, dilargitus est illis frumentum gratis. Plut. in vita Demetrii.

FABIUS, cum à Romanis missus esset legatus ad Carthagenenses, ut exploraret, cur Saguntis contra secedus à Pœni oppugnata esset: sinu ex togâ facto. En (inquit) vobis bellum, & pacem apportant: urrum igitur placet, sumite. Cum Pœni ferocius clamarent, daret urrum vellet: Fabius effuso sinu, Bellum (inquit) damus. Erasmus lib. 5. Apopht.

Cum navis, quæ Granis prætorius quæstor vehebatur, in Scipionis Mercelli potestatem venisset, Scipioque cæteris direptis, quæstori salutem polliceretur, Quæstor respondit: Cæsaris milites salutem dare, non accipere solent. Erasmus lib. 9. Apopht.

Rebus deploratis, cum amici hortarentur Catonem, ut ad Cæsaris clementiam confugeret, respondit: Victorum esse, & eorum, qui deliquissent supplicare: Catonem nec victum, nec captum esse, qui fe per omnem vitam invictum præstitisset. Plut. in vita Catonis.

Pompejus audiens quosdam esse, qui inviderent concessum sibi triumphum. Se citius omisurum triumphum ait, si quam militibus blanditurum, simulque laureatas falces abiecit, ut illinc inciperent direptionem. Plut. in Apopht.

* HIEROGLYPHICA.

Maclatus bos, quales ubique locorum conspiciuntur victoriæ plurimum, partique triumphum signum erat, præsertim apud Romanos. Pier. Val. lib. 1. par. 42. D.

Atheniensibus verò Nobus indicium victoriæ fuit, cuius etiam volatus in adagium cessit: νύκτωρ ἰπποταύς, Noctua volat, cum profligatos hostes, & sublecutam victoriam innucent. Item 1. 20. p. 188. F.

Propter eas dotes, quas Accipitri natura supra volatilium aliorum conditionem elargita est, factum: ut in universum Accipiter esset excellentiæ hieroglyphicum, præcipueque victoriam significaret. Nam reliquis omnino volucres natura antecellit. Item lib. 21. 188.

* MONITA LEONIS IMPERATORIS, AD FILIUM.

Placuit his adiciere egregia monita Leonis Philosophi, & Imperatoris ad filium suum, quæ pridem cum aliis ejusdem lucubrationibus, typis Leidenensibus vulgavit Joannes Muerfius, quibus eum instruit, quid facere conveniat belli Imperatorem, ubi vel victoria fuerit potius, vel bello finem imposuerit.

- 1. Si inquit, exercitum bene instruxeris, Deo propitio speramus victoriam secururam.
2. Ac primum gratiæ Domino nostro Jesu Christo agendæ, vel ante victoriam belli aliquid pium promittendum, quod promissum post belli exitum faciendum sit.
3. Deinde perfructaberis, qui fe in bello strenuè gesserunt, illisque idoneos honores habebis, ignavos autem, quo par est supplicio, constinges.
4. Strenuos viros is muneribus honorabis; & integras armaturas, si quæ clara, illustresque fuerint, ac de bellicis spoliis, quæ commoda sunt, illis dabis, honorabilique pro dignitate ex æquo, ac bono unamquemque, ut cohortes militarias, cohortes, centurias, reliquaque constitas sub dominatum tuum subjectas multitudes. Plebejos milites qui strenui fuerint, minoribus donis, præfectos autem majoribus honorabis: ita enim fiet, ut majori, fortiorique animo sint, qui dimicabunt, fe ea, quæ capiunt, in primis assequantur.
5. Ubi enim honores, & præmia habentur bonis; supplicia, & pœnæ afferuntur malis, ibi bonam spem habebit exercitus: mali enim in formidine peccandi erunt, boni verò, ut strenui sint, laborabunt.
6. Neque verò solum unicuique singularim viro honores habebis, sed etiam integras cohortes, cohortes militarias, turmas præmiis decorabis. Res hostium militibus diripiendas dabis, siye apparatus aliquis, siye impedimenta, siye vultum, siye civitas, siye castellum fuerit: nisi fe captivis, rebusque direptis aliquid melius, ac præclarissimum facies.
7. Quid enim cause esse potest, cur non è bellicis spoliis strenui milites præmia habebant? Venatores enim cernimus canes suos venationis suæ sanguine imbecare, interdum etiam intestinis donare, ut ad persequendas feras alacrioris fiant. Ita ante belli exitum si munerabuntur milites, alacrior exercitus ad bellum gerendum fiet.
8. Bellum à pugna differt: bellum enim ab initio usque ad finem, & omnium militum cessationem, multas dicitur in se pugnas continere: pugna autem pars quaedam quasi belli dicitur, quæ in universo bello sæpè est, abest, quæ tamen finem belli non affert: etenim sæpè bis, sæpè ter, & aut etiam frequentius, pro rerum gerendarum necessitate, in bello conflunt.
9. Infectiones hostium non semper post pugnam, sed interdum fiunt, interdum non, quemadmodum necessitas belli exigit.
10. Quæ bello capiuntur, vendat exercitus: fe pecuniis, aut commatu opus sit, omnia ad te adduci jubebis, tuamque, ac reliquorum præfectorum cupiditatem is pecuniis collectis adstrue, & necessarium rerum inopiam commemora: Atque ita potes inopiam suppeditare, eosque, qui in prælio dimicant, sublevare: si potes, pecunia; si minus, hoc satis fuerit, honoribus, & dignitate.
11. Cap-

11. Captivos ante bellum confectum ne interficias, nobisque in primis, ac illustres viros: reputare enim debes ancipitem bellorum exitum, incertoque casu, conversionemque rerum, & victoriam, quam habes. Aut si contingat aliquos de tuis, aut castellum aliquod capi, illis commutes, & refarcias objecta damna, & pro hostibus captivis amicis, sociisque recuperabis. Sin minus hoc hostes voluerint, ex quo tum a bono illos ulciferis, ad vexandos hostes illos pro arbitrato tuo trucidabis.

12. Post res aliquot benefastas in prælio, ac dimicationibus, quas quasdam feliciter cadentes, ad epulas, & convivia, & lautiora prandia tum præfectos, tum milites partim per te, partim per præfectos, partim per contubernia, exiis, quæ bello capta sunt preparabis, atque adeo prandeant, hilarenturque milites: efficias enim, ut qui strenui sunt, sentientes quibus rebus, ac latius post victoriam fruenter, alacriores ad omnia ante victoriam sustinenda pericula sint, & ad labores magis prompti.

13. De sepeliendis mortuis admodum laborabis, neque tempus, neque occasionem, neque locum, neque timorem causas. Pulchrum enim, piisque esse videtur, mortuis sepulchrum parare. Necessaria autem comprimis res est illi, qui bello cadunt: pietas enim in ea re monstratur, & viventes inagnopere hoc factio consolationem capiunt. Quemadmodum in istis fieri videt unusquisque, ita secum futurum arbitrabitur si in bello occumbat. Si enim insperatus, disiectusque esse videat, suum secum statum reputabit, hanc contumeliam molestè feret, & mortem quantum potest in prælio refugiet, ne insperatus abiciatur. Sin honores mortuis, laudisque illis, qui occubuerunt, proponantur, excitabitur magis ad quævis pericula, discriminaque in bello subeunda.

14. Sin contingat exercitum tuum superari, eos, qui discrimina hæc everserunt, oratione excitabis, & alacres quantum poteris illos reddes, & offensionem belli acceptam oculis incurtionibus, atque insidiis refarcies.

15. Solent enim homines rebus feliciter gestis ad seipso conservandos negligentiores esse: quando enim victos contemunt, seipso negligunt. Atque ita felicitas rei gestæ sæpè fortunatos magis, quam victos, & superatos lædit.

16. Tu enim, qui offensionem belli accepisti, per te exiis, quæ perperis es, didicisti teipsum de cætero tutum conservare: ille autem, qui rerum prosperitate affluit, adversam fortunam non sentiens, nulla provisione, & cautione utitur ad ea declinanda, quorum nullum ad huc sensum habuit. Scitum est enim hoc sapientis cuiusdam verbum: Timor opportunus, sedula incolumitas est: contemptio importuna, insidiabilis audacia est.

17. Si intermissionem belli feceris, vel verbis, vel pactis, & conventionibus, pacta tua diligenter servabis, neque hostes invades, atque imparatus adversus hostes eris, sed quiesce, quasi in pace esses propter inducias cum hostibus factas: apparatus autem copias quasi ad bellum semper habeto, propter hostium foeditas, & nec opinatas incurfiones.

18. Par est autem, ut neque improvidus hoc tempore sis, nec rursus aliud impium præter inducias Deo teste factas, committas, sed circumspectus sis ad hostium dolos, atque insidias devitandas: obscuræ enim sunt hostium inducias tecum facientium voluntates. Sed tu sic te geras, ut nullam illis injuriam pietatis causa facias: hostium tamen perfidiam cavebis, ut ne ab illis, propter impios illorum conatus, lædaris.

19. Omnia enim ad Dei vindictam referre, sinceri animi non est. Non confestim enim divina vindicta inferitur, sed quando omnium procurator, & administrator Deus hoc futurum decernit. Quis enim novit, quando injuriam inferre moliantur hostes, utrum illi trucidandi sint, tu verò conservandus.

20. Licebit igitur nobis eodem modo res nostras firmo in loco stabilire, & impie molitionis hostium securè periculum facere: ita fiet, ut provisione tua, mali nihil accipias, hostesque, qui malum inferre student, impietatis tepeantur, quali te expugnare conentur, sed Deus propter fidem induciarum servatam, minime id fieri permitteret.

21. Si quis, sive servus sive liber, nocte, aut die, in itinere, aut castris, in requie, aut somnio, in balneo, aut mensa, aut ullo alio tempore tecum voluerit communicare, ne averteris illum, sed accerse ad te: qui enim homines reiciunt, & difficiles accessu sunt, & adminitris suis præcipiunt, ut eos, qui accedunt repellant, à magnis sæpè, arduisque rebus gerendis abfunt. Hæc tibi post bellum, & si quid

aliud utile excogitabis, observanda præcipimus, capite 6. rei iusticia.

Victus.

VICTUS, quo verbo, inquit Ulpianus, continentur, quæ estis, potui, cultique corporis, & ad vivendum sunt necessaria, *vide in loco de Alimento, & Cibo.*

* Viduæ. Viduitas.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VIDUITAS, Græcè *χρησ*, & *χρησ*, vidua dicitur. Hebr. *Almanab*, id est, non habens partem in marito, ex *Al*, id est, non, & *Manab*, id est, pars, a verbo *Alam*, loqui non potuit. Obmutescit enim vidua coram affligentibus eam, *Illelm* mutus, *Psal.* 38.

Vidua proprie est significatione vocabuli, seu secundum etymologiam, dicitur quælibet mulier sine viro, etiamsi nunquam virum habuisset, quasi sine ditate. Et dicitur *ve*, quod est sine, & duo, seu dicitur: ut *vecors*, & *vesanus*. *ff. de verbor. sign. l. malum, §. vulvam Vel se.*

Vidua dicitur quasi idua, hoc est, a viro divisa. Iduare enim Hetrusca lingua dividere est. Hinc viduare pro privare capitur. Atque inde etiam viduitas, calamitas dicta, quod viduet, id est, privet bonis. A viduo pariter dividuo per compositionem deducitur. Veteres enim, quod nunc dividu dicimus, dividuo dicebant: unde dividuum, modo separabile, modo separatum significat, cujus contrarium individuum, quod Græci *ἀρῶνα* vocant.

Et notandum, Apostolum distinguere inter viduas, & eas, quæ verè viduæ sunt. *ad Timoth. c. 5.* Quo significavit, posse fieri, ut aliqua fit, quæ virum non habet, nec tamen fit vidua. Sicut enim virginem non facit abfinitia a conjugio, sed amor integritatis; ita & in viduis juxta Apostoli mentem res fit habet.

DE VIDUITATIS STATU.

Illius

COMMENDATIO, ET CURA.

Quamquam inquit, *Joannes de Carthagena lib. 8. bomilia 16. Martialis*, de viduitate loquens ut superare non liceat, illud *Ovidii*.

Salve virgineis flos intemerate pudoris: tamen haud male posse aprari arbitror. Continuos annos a junere conjugii uxor sustinet, in vidua tristia signa domo.

Hunc statum vita Dido *Æneid. 4.* sibi commendatissimum habet, dum sic effatur:

Sed mihi vel tellus optem pridè ima debiscat, Vel pater omnipotens adigat me sulmine ad umbras, Palentes umbras Erebi, noctemque profundam, Atque pudor, quam te violens, aut tua jura resolvam. Ille meos primus, qui me sibi junxit, amores Abiit: ille habeat secum, servetque sepulchro.

Sed aliunde majora encomia viduitatis nobis petenda sunt. Imprimis licet viduæ sanctæ, mundo viduæ videantur; viduæ tamen verè non sunt, utpotè, quæ Deum ipsum sponsum habeant eas protegentem, ac defendentem: unde ipse ait *Eccl. 22.* Viduæ, & pupillo non nocentibus, si laeseris eos, vociferabuntur ad me; & ego exaudiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, & percutiam vos gladio: & erunt uxores vestre viduæ, & filii vestri pupilli. *Et Deut. 24.* Non pervertes iudicium advenæ, & pupilli, nec auferes pignori locum viduæ vestimentum.

David. Psal. 131. ita concinit. Viduam ejus benedicens benedicam, pauperes ejus saturabo panibus. *Et Psal. 134.* Dominus custodit advenas: pupillam, & viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet.

Isaias c. 1. Subvenite oppresso, judicate pupillos, defendite viduam.

Jeremias cap. 22. Viduam nolite contristare. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio ejus super decedentes eas? A maxilla enim ascendunt in cælum, & Dominus exauditur, non delectabitur in illis.

Ecclesiæ

CHRISTUS DOMINUS Pharisæis, & Scribis melè imprecatur, A dicens: Væ vobis Scribæ, & Pharisæi. Hippocrite, qui domos viduarum comeditis. *Matth. 23.*

D. Jacobus clamat, veram esse religionem custodire se ab hoc seculo immaculatum, visitare viduas, & pupillos in tribulationibus. *Jacob. c. 1.*

Certe viduam curam Concilia Ecclesiastica jam olim commendatam esse voluerunt. Extat de hac re canon Concilii Ratiponensis II. *can. 20.* & Carthagin. IV. *can. 101. & 102.*

Glossa quoque super illa verba Pauli ad Timoth. Viduas honora, subiungit, sumptibus Ecclesiæ sustentando, & solatiis fovendo.

Accedit, quod dicitur *dist. 87. c. 1.* ex Gelasio Papa, Viduis autem, & orphanis Ecclesiæ præsidium implorantibus Episcopi debent adesse, & contra improborum violentias protectionis patrocinium eis negare non debent.

Causa 22. q. 5. c. regiam, Regibus imponitur onus defensionis viduarum, in hac verba: Regum officium est proprium, facere iudicium, atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, & peregrinis, pupillisque, & viduis, quod facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium.

B. Ac tandem posse viduam trahere laicum ad iudicium Ecclesiasticum juxta antiquum morem, docet *Panorm. in c. significavitibus, de officio delegati, & in cap. licet ex suscepto, de foro competentis.*

Poste etiam in favorem suum sequi domicilium mariti præmortui, tradit *idem Panorm. in c. ex parte de foro competentis.*

Erant etiam apud Athenenses constituti viduarum defensores, qui *χρησ* *ἐπιτροπ* dicebantur.

Quid? quod & planta, & animalia viduitatem exemplo suo colere monent ut enim auctor est *Beruarus verbo Vidua*, palma femella, præcilia palma mascula sibi coherent, intra triduum steriles.

Turru etiam, *teste eodem*, amisso primo consorte, secundum non quaritat.

HONOR DELATUS.

Varios honores viduis delatos, & etiam hodie alibi deferri, tum sacre, tum profane docent historici.

Elias inter innumeras feminas ad Sareptanam viduam divertere divinitus iussit.

C. Noemi vidua sancta cum utraque nutu sua summam à Deo benedictionem consecuta est. *Liber. Ruth.*

Mulier viduæ filium unicum mortuum resuscitavit Eliseus, & miraculum etiam magnum patravit de multiplicando oleo, ut illa debita solveret.

Dominus etiam viduæ filium ad vitam revocavit, & miseris illius consolatus est eam, monuitque ne flecteret. Et iudicem iniquitatis vocat, qui viduam non defendit. *Luc. c. 7.*

Denique viduarum precibus commotus D. Petrus Dorcadem defunctam virtute Christi Domini resuscitat, & viduis reddit eam vivam.

His adnecto, quæ *D. Hieronymus episc. ad Agerubiam* in hunc modum scripsit. Legimus in veteri testamento semel maritatas filias Sacerdotum, si viduæ fuerint, velci debere de Sacerdotalibus cibis, mortuisque sic à patre exhibendum inferiarum officium: sin autem alios viros accepertint, alienas eas, & à patre, & à sacrificiis fieri, & inter externas debere deputari.

Et Apostoli Pauli monitum: Viduas honorasque verè viduæ sunt. Quæ scilicet ab omnibus, etiam filiis, desolata, atque omnibus curis exuta, unique Deo intentæ, & dicere sunt; ita *Chrysostr. Anselmus, & Theophylactus.*

Alludit ad Etymon *χρησ*, quod est *χρησ*, id est, desitudo, desolor, orbo, sic & Latine vidua à viduando dicitur. Unde etiam ait Paulus: Quæ autem verè vidua est, & desolata, &c. Has ergo viduas, ait, honora, tum proprie tum congruum deferendo, inquit, *Chrysostr.* tum oblationibus fidelium eas sustentando; hoc enim est Hebræum *כבוד* *cabad.* Unde *Hieron. in 13. Matthæi.* Honor, inquit, in Scriptura, non tam in salutationibus deferendis, quam in elemosynis, ac munerum oblatione sentitur.

* VIDUÆ ECCLESIASTICÆ. EARUMQUE GENERA, ET OFFICIA.

Hac occasione tractati hoc loco poterit de viduis Ecclesiasticis, quæ & sacre dicuntur, quorum fit mentio *Act. c. 6. & in 1. epist. ad Timoth. c. 5.*

L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. VII.

Pro qua re nota duo olim fuisse genera viduarum. Quædam enim simplices erant viduæ, quæ voluntarium coelibatum post nuptias primas amplectebantur, manebantque in sæculo, agentes rem familiarem, ut prius.

Aliæ erant Ecclesiasticæ, id est, quæ in numerum, & cœtum quandam relate, dirigebant Ecclesiarum suppellectilem sacram, pauperum curam habebant, & affumebantur ad munus diaconissarum. Quarum officium erat fores templi, per quas diacominis dabatur aditus custodire, etiam tempore persecutionum exhortari infirmiores, & mandata perferre, præsertimque baptismum mulierum, easque nudabant, & defunctorum corpora componebant ad sepulturam.

De ejusmodi autem viduis loquitur Apostolus 1. *ad Tim. 5.* Et solebant hæc vovere vidualem pudicitiam erantque sub obedientia alicujus Episcopi: & ideò vult Apostolus tales esse sexagenarias, quia juniores inconstantes essent, & experientia didicisset, nonnullas ex iis emissio voto castitatis iniuste secundas nuptias, cum scandalo, & pemicie animæ.

Igitur constat ex historia Ecclesiastica, quòd olim etiam tempore Apostolorum, sicut erant virgines, qui fere totas Deo dicebant, ita similes erant, & viduæ. Rursum quicquid erant virginibus hinc seorsim in domibus suis debebant, ut patet ex Concilio Carthagenensi III. *can. 33.* quædam verò simul vivebant, ut jam fit in Monasteriis: ita patitur viduæ hæc alie domi seorsim, alie simul quasi in Collegio vivebant. Unde de his posterioribus loquens S. Ignatius in *epist. ad Philippenses.* saluto, ait, collegium virginum, & cœtum viduarum.

Erant ergo hæc viduæ Ecclesiasticæ à mundo separate, & quasi mundo mortuæ vivebant, uniusque Deo, & pietati vacabant. *Vide Epiphanium heret. 79. quæ est Colyridianorum.*

Erant quoque pauperes, & omnibus subsidiis destitutæ, ideò que alebantur ab Ecclesia, ut patet *Act. c. 11.*

Hinc Cornelius Papa *apud Euseb. l. 6. c. 33.* ubi omnium ordinum Clericos, qui tunc Romæ erant, recenset, numerat viduas, cum indigentibus mille quingentas, quas omnes, inquit, alit Deus in Ecclesia sua. Nam viduæ, quæ non erant pauperes, vel habebant parentes, filios, aut nepotes divites, non habebantur verè viduæ omnino desolate, & omni subsidio destitutæ; quia ab eis alii poterant, & debebant.

Erant famuliter ætate, & sanctitatis professione honorabiles. Hinc in tertia collecta in die Pasceves, quo Sacerdos erat ordine pro quolibet Ecclesiæ gradu, & statu, post Clericos, & virgines, orat pro viduis, ac deinde pro toto populo.

Erant & sub cura Episcopi; unde eas tantopere Episcopo Timotheo commendat Apostolus 1. *ad Tim. 5.* Hinc S. *Crisost. lib. 3. de Sacerdotio*, inter alias causas, cur fugerit Episcopatum quasi onus suos humeros superans, hanc adfert, quod oporteat Episcopum curare viduas, & eis providere.

Tempore S. Augustini, & Innocentii habebant habitum distinctum, mutabantque laicum in religiosum, & nigrum, ac pulla veste incedebant, ut patet ex Concil. Arelatiano, *cap. 15.* & Carthag. 4. *c. 104.* & *Aug. epist. 199. ad Ecdicium*, ubi eam reprehendit, quod infcio marito vestem laicam deposuisset.

* VIDUIS HONOR AB ETHNICIS DELATUS.

A Romanis, & Græcis.

Viduas apud Ethnicos in summo honore fuisse, multis etiam demonstrari exemplis potest.

Et quidem Poetarum commento Alcyone defuncti viri fuisset semper plorans vivit. Unde Poetæ finguntur Junonem quoque pietate tali commotam fuisse, ut Irim nunciam mitteret ad aulam somni, ut Morpheæ ad Alcyonem mandet, quæ ipsam edoceret rem gestam, causamque funeris mariti, & consolaretur, *Ovidius Metamorph. 11.* Istitimè hanc fabulam profæquitur.

Omibus illa quidem superis pia iura ferebat. Ante tamen cunctos Junonis templa colebat.

Proque viro, qui nullas erat, veniebat ad aras; Uique foret sospes conjux suus, utque rediret, Optabat, nullamque sibi præferret, & illi, Hoc de tot votis poterat contigere solam.

Unde impetrat, ut mutata ipsa in pulcherrimam avem mariti naufragi corpus inquireret, reperitque rostri duri nequam oculis fatigaret.

Sed tandem Superis miserantibus ambo Alite mutantur: fati obnoxii iisdem; Tunc quoque mansit amor, nec conjugale solum est Fœdus, in alitibus cœcut, suntque parentes

Kkk Perque